



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres**

**Gulielmus, Janus**

**Antverpiae, M. D. LXXXII.**

Cap. V. Sparti. Tages. Emaculatus Censorinus, & fragmentum L. Attij.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.  
Idem Appuleius libro III.

Tu ne vltima non cessas subinde lectorum iuuenum  
lamenta subripere.

Nescio an verum sit, Tu ne miluina: vt ad rapacitatem eius auis alludat, vt & Q. Frater apud Cicero nem: Renunciatur mihi Licinium plagiarium cum summo miluino tributa exigere. Ita Plautus vehementem appetentiam miluinam nominat, ab eiusdem edacitate. Menachmis:

Mulida qua mihi apposita in mensa miluinam suggeram  
Eodem libro.

Sic exterminatus animi attonitus in amentia vigilans  
somniaham: defrictis aded diu populis an vigilans  
querebam.

Lubens legerem, externatus animi. Catullus:  
— assiduis quam luctibus externauit

Spinosas Erycina serens in pectore curas.

Postea scribo, pupulis: postulante fentercia. Aliqua  
to post:

Atque ego rebar &c. equum illum meum hospitium  
ca lauta mihi prabiturum.

Lego, loca lautia. Innuit ea qua Roma legatis prae-  
bantur loca lautia. Lilius XLVII. Consuli ab Ma-  
nio Cos. patres, stantibus in Comitio legatis, an loca lau-  
senatumque darent, nullum hospitale ius in iis seruandum  
censuerunt. Et corruptus in hoc verbo etiam aliis  
locus nunc non succurrit; Appuleius.

CAPVT V.

Spartii. Tages. Emaculatus Censorinus, & fragmentum  
L. Attij.

LYCVLENTVS scriptor Censorinus est, quem

Ant. M.  
Varia Lec  
LIII  
28

que magnoperè intererat rei litterariæ minus ali-  
quando deprauatum manibus eruditiorum. In eo  
non longè à principio vulgò editus.

In quo non ut plerisque mos est aut hic aperta philoso-  
phia præcepta ad beatè viuendum quæ tibi scriberem  
mutatus sum.

Optimus liber ms. paullò aliter, aut ex hic apertè. Ma-  
nifesta veritas legendum esse, aut ex ethica parte philo-  
sophiæ: & id vincunt planissimè quæ inibi sequuntur.  
Mox sub finem capitis tertij:

Ut in Arcadia fertur regione Erichthonius humo exor-  
tus: & in Colchide vel Bœotia consitis, regis den-  
tibus armati partus.

Hæc liber, dentibus armatis partotæ. Quod tamquam  
manu me duxit ad eruendum verum, armati spartæ.  
Spartæ, siue mauiσ σπαρτοί, mythologis non Græcis  
modò sed & Latinis dicti fratres Cadmei & in Col-  
chis latu dentium enati. Varro rerum humanarum  
xv. Ego Sparta apud Homerum non plus spartam signifi-  
care puto, quàm Spartos qui dicuntur in agro Thebano na-  
ti. Meminit & Ammianus libro x i x. etiam Euripi-  
des cùm aliàs, tum Phœnissis his versibus:

χθρὸν δ' ἀντὶ καρπῆ καρπὸν, ἀντίθ' αἵματος  
αἶμα ἢ λάβη βέλτερον, ἔξετ' Ὀμηρῆ  
γῆν, ἢ ποθ' ὑμῖν χρυσοπήληκα σάχυν  
σπαρτῶν ἀνῆκεν. ἐκ γῆρας δ' εἰ δεῖ θανεῖν  
πῶδ', ὅς δ' εἰκόντος γῆρας ἐνπέφυκε παῖς.  
σύ δ' ἐνθάδ' ἡμῖν λοιπὸς εἰ σπαρτῶν γῆρας,  
ἀκέραιος, ἐκ τε μητρὸς ἀρσένων τ' ἀπὸ.

Versus penultimi translatic L. Attij etiam nunc ex-  
stat à Nonio conseruata, in Antiquior:

Attius